

Y, 18.

4, 567.

12

CARMEN
 VIRO MAGNIFICO
 SVMME REVERENDO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO
 DOCTISSIMO
**CAROLO CHRISTIANO
 TITTMANNO**

DOCTORI THEOLOGO CELEBERRIMO SENATVS IN SAXONIA SACRA SVMMI CRAVISSIMO
 ASSESSORI PASTORI AD AEDEM S. CRUCIS PRIMARIO DIOECESEOS SCHOLARVMQVE
 DRESDENSIVM EPHORO PROVIDENTISSIMO

VIRO

MERITIS INSIGNIBVS COETVI SACRORVM PVRIORI MAXIME VENERABILI
 MVNERA GRAVISSIMA

D. XXIX. SEPTEMB. CID CCLXXXIX

CAPESENTI

PIE DICATUM

A

MINISTERIO CRUCIANO.


DRESDAE,

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI.

12-

his
 a-
 re
 es
 in
 m
 i
 e-
 f
 t.
 n
 n
 r
 e
 i
 i
 h
 s
 0
 rexta
 Gro-
 spi-
 ubi
 i. e.
 inte-
 que
 eos,
 itas
 rus,
 iun-
 , et
 a. l.
 ne-
 abet
 . 6.
 : ut
 illu-
 72
 et
 ni-
 lta
 in
 lo-





Pectus cruento vulnere saucia,
Tristes querelas flebilibus modis
Fessa in Sionis Musa fundens
Culmine consliterat sacrato.

Caliginosa nocte videt polum
Alte et Tonantis consilium regi,
Quod nostra verit gaudia iclu
Fulmineo, rapuitque tota.

Per templa luctus cum gemitu insonant
Dresdae ruinis: Occidit, occidit
Carum Caput, sacris coruscum
Praefidiumque Decusque nostris!

REHKOPFIVS sed splendida sidera
Fulgore caelo despicit aemulans,
Et clarior laeto nitore,
Lumina fixa viro serenat,

Finxit Deus quem confimilem svr,
Ardore puro, cum sapientia
Christi gregem sacrum tuendi,
Ne noceant mala mille tutis,

Ac pelle ouina ne lupus irruat
Pacem doloso pectore mentiens,
Concordiam et fratrum locutus,
Dissipet ac laceret quietos;

Neue insolentes lumina iactent
Illata sacris: At tenebras ferunt,
Queis credulus stulte viator,
Saepe luto pede merfus haesit.

Stant, rupis instar, quae mare prospicit,
Tuta a procellis ac rabie Noti,
Effata louae nos docentis,
Vitae hominum via quae beatas

Sedes Olympi monstret apertior,
Culpaque lapsos conciliet Deo,
Solatio mitique mentem
Erigat ac recreet iacentem.

Sunt, qui fideles inuigilent sacris,
Viri excitati viribus entheis,
Qui robore inuicto resistant
Ausibus indomitis malorum,

Sacrariorum tv Columnen nouum,
TITTMANNE, saluae, VIR VENERABILIS
Virtute doctrinaque; Noster
Dulcis Amor popularique, saluae!

Succede templi nunc penetralibus;
Ex ore pendent mellifuo piae
Aures, et alta mente figunt
Obsequio tua dicta promtae.

Firmatus alti robore Spiritus,
Plenos triumphos tu referes. Cadet
Armis Dei vefanus Error,
Impietas sua vincla rodet.

Sic purior lux latius emicet,
Christo fauente, et gloria splendeat
Verbi, quod haud vis inferorum
Quamlibet audeat, vlla perdet;

Sic grata nomen posteritas colat
TITTMANNIANUM, marmore conditum
Aeterno, et ad seros nepotes
Condoceat resonare saecula;

Sic ferus alto sidera vertice
Tangas, et amplae praemia reddita
Virtutis, applaudente caelo,
Praemia non peritura, cernas.



Pon 24 1067
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

121





CARMEN

VIRO MAGNIFICO

SVMME REVERENDO AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO

CAROLO CHRISTIANO TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO CELEBERRIMO SENATVS IN SAXONIA SACRA SVMMI CRAVISSIMO
ASSESSORI PASTORI AD AEDEM S. CRUCIS PRIMARIO DIOECESEOS SCHOLARVMQVE
DRESDENSIVM EPHORO PROVIDENTISSIMO

VIRO

MERITIS INSIGNIBVS COETVI SACRORVM PVRIORI MAXIME VENERABILI
MVNERA GRAVISSIMA

D. XXIX. SEPTEMB. CID CCLXXXIX

CAPESENTI

PIE DICATUM

A

MINISTERIO CRUCIANO.

DRESDAE,

TYPIS CAROLI CHRISTIANI MEINHOLDI

